



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Norimbergensia. In Nurembergam Jul. Cæs. Scaliger.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

## NORIMBERGENSIA.

Sexta Kl. Januarii Bertha Imperatrix obiit.  
HIC HENRICUS SENIOR.

Anno Domini Henricus v. Junior v. Kl. Maji obiit.  
FILIIUS HIC.

Integrum distichon.

*Filius hic, pater hic, avus hic, proavus jacet istic.  
Hic proavi conjunx, hic Henrici Senioris.*

A L I U D.

Georgius Palatinus Rheni, Episcopus Spirensis, sudore  
Anglico defunctus, obiit 1529 die 27. Sept.



## NORIMBERGENSIA.

IN NUREMBERGAM JUL

CÆS. SCALIGER.

**D**iva mihi extremi da munera sacra laboris,  
Non tamen extremo conspicienda loco.  
Sed velut abducto veneramur in ordine calum.  
Hic ubi natura sine quievit opus.  
Non potes athereis deducere sedibus astra;  
Invenies, tibi quæ Norica terra dabit.  
Hunc si corruptas terras Astræa relinquens  
Fatali statuit sede tenere locum;  
Quis putet horrifico sociatas Marte Camænas?  
Sacra tamen duplex tempora laurus obit.  
Martis habe, & Phœbi felicia tempora lauræ,  
Sanctæq; sit valido foedere juncta fides.  
Omnibus ex istis ne tu ne demperis unum.  
Addere quin potius omnia magna, tuum est.

INSCRI



INSCRIPTIO NUMMI NORIM-  
BERGENSIS.

Ab una parte.

FUNDAMENTUM SALUTIS  
*nostræ, Christus.*

Ab altera parte.

D. O. M. S.

*Anno à nato Christi M. D. LXXI.*

Rom. Imp: D. Maximil. II. Resp. Noriberg. PP. & Sc-  
ptemviri ejusdem ANDR. IM HOF. Sebald. Haller. J. O. D.  
TETZL. BALTH. DERR. GAB. NUTZEL. GEORG.  
VOLCKAM. & THOM. LOFLHOLTZ. tum oppidē  
præf. BALD. BAUMG. domum hanc pro Gymnas. ju-  
ventut. in stud. pietat. & litterar. instituendæ à prim. fun-  
da. extrui curavit. in cujus memori. Georg. Volck. & Hie-  
ron. Baumgar. ob demandatam ecclesiarum & scholarum  
procuracionem, hoc numisma FF.

## IN LAURENTII.

Hectori Pœmero Juris utriusque Doctori hujus ædis  
Præposito, de Ecclesia & Repub. bene merito, fratres &  
amici superstites officii ergó P.

Vixit annos XLV. menses III. dies VII.

Præfuit Laurentianæ Ecclesiæ annos XIX. mens. IX.

Obiit VII. Idus Jan. M. D. XLI.

In templo Divi Sevvaldi, quod totum à fundamentis  
est ex vivo lapide erectum cum duabus turribus, ænea ta-  
bula auro obducta ad columnam in choro collocata, sic  
est inscripta.

Erasmus Topler J. U. Doctör, Protonotarius Apostoli-  
cus, ac serenissimi Maximiliani Romanorum Imperatoris  
Consiliarius, hujusq; ædis Præpositus bene meritus, dum  
patriæ operam intendit fidelem, Treveris solenni Princi-  
pum conventu vitam cum morte mutavit, anno Domini  
M. D. XII. vi. Kal. Maji. Vixit annos L. Tu lector vale, ac  
pro tanto viro ad Deum preces fundere ne pigeat.

Y ij